Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26467
Copyright: Admont, Benediktinerstift

·hec mystica tegebantur· rectum fuit ut his diuinum fie
ret sacramentum quatenus totum spiritaliter intelligere
mens satageret ubi nichil carnale sentire licet·
Unde idem panis christi qui de celo descendit in hoc myste
rio accipitur sicut et caro que in cruce pependit cum inte
ger deinceps christus perseueret licet ab hominibus cot
tidie edatur· Et fit panis quidem ad uitam et firmitatem
animi caro uero ad unitatem nature nostre et redemptio
nis precium. Unde ipse ait· Caro mea est pro mundi uita
et sanguis uere qui pro uobis effundetur in remissionem pec
catorum· Hinc sane est quod sapientia dei patris maluit
hoc mysterium in specie panis et uini permanere quam
in colore ac sapore sanguinis demutari quia nec
hoc est iam quod uidetur· nec fieret illud amplius ut esset
caro et sanguis quam ut perciperetur. Nos enim in eo illum Beda.
panem qui de celo descendit comedimus et ideo dicitur. Come
di panem meum cum melle meo quoniam in illo diuinita
tis dulcedo et humanitatis predicatur. Idcirco sicut in
isto pane saporis aut colorem non attendimus ita namque
si mutaretur in carnem nichil amplius caro christi esset quam
est quia totum spiritale est quod comedimus immo durius
est contra consuetudinem humanam licet carnem salu
tis tamen carnem hominis christi in specie et colore ipsius
mutatam et uinum in cruorem conuisum accipere· Inde
et illi adhuc rudes discipuli carnaliter sapientes dice